Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



et ipsi habentes ebur suum sermonis & linguę
aedificantes templa dī templo contraria.
& domos siluestres habitacula bestiarum.
cum scriptura dicat in domo dī nemora &
siluas aut lucos nō esse plantandos.
" Byssus uaria de egypto texta est tibi in uelū.
" ut poneretur in malo, hyacinthus & pur
" pura de insulis elisa facta sunt operimen
" tum tuum. LXX.
" Byssus cum uaritate de aegypto facta est
" tibi instratū ut circūdares tibi gloriā & ope
" ri te hiacinto & purpura de insulis elisae.
" & facta sunt opertoria tua. quia dixerat
tyrus perfecti decoris ego sū. uel circum
dedi mihi ipsa pulchritudinē. arguitur
quid a singulis acceperit regionib; secdm
illud scripturae. quid habes qd nō accepe
ris. si autē accepisti. quid gloriaris quasi
nō acceperis. describitur ergo quid una
quaeq; mittat prouincia secdm illud
uirgilianū. india mittit ebur. mollesq;
sua. tura sabaea. at chalybes duri ferrum
uiros atq; pontus castorea & cetera.